ANDREAS CAPELLANUS. PUBLIUS OVIDIUS NASO

Entstehungsort unbestimmt, 1. Hälfte 15. Jh. Seite 39r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35165
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



diem istum desideraui et plenarie in mente gessi
propositum meam vobis aperire intencionem et quanta
michi de vobis sit assidua cogitacio temporis tam
inepcitudinis vsque nunc distulit amantis colloquium
Sciatis igitur me tocius mee mentis cogitacionem
in vobis et anchoram posuisse, nichilque me
posset in seculo isto beare, nisi preciosissimus vestre
persone thesaurus. Nam sine ipso nichil mihi videtur
possidere et omnium rerum secularium habundancia mihi
pro summa inopia reputatur. Solus autem amor me
posset regio diademate coronare et in summa
etiam inopia rerum me cunctis faceret diuicijs habun-
dare. Spes siquidem vestri amoris me viuum
conseruat in orbe de quo desperatus de vita
migrarem suis quoque obsequijs me dignetur vestra
gracia conseruare et comitis non repellat amorem.
Comes enim vel eo superior tanto reperitur dignus
amore. Absit enim quod tantus decor tantaque mo-
rum probitas ex plebe sibi amantem eligeret. Cogi-
tet quoque prudencia vestra super eloquentis comitis
fide atque deuocione et sibi dignetur de meritis respon-
dere. Cui mulier illa siquidem plebeia vere
esset beata que comitis digna reperiatur digna amo-
re. Sed vobis curate inspicere debetis que reperiatur
laude vel primo dignus. Comes vel marchio
qui plebeye postit amorem, o quam mirabilis astra

Responsio mulieris